

prehensos ad augmentationem summæ recepti: quia quamvis de contentis in dictis articulis recepti aliter non consistat, quam per scripturam sive confessionem reddentis rationem in suis rationibus factam, tenetur tamen per legitimum documentum probare, contenta in articulis impensarum eiusdem recepti, nec poterit allegare, quod quantum ad eandem rem vel summam, debeat in totum fieri sive scripturæ vel confessioni, tam in recepto, quam in impenso, & quod non possit pro parte acceptari, videlicet quantum ad receptum, & pro parte negari, videlicet quantum ad impensam, nisi saltem dominus nolit se invare articulo, vel confessione recepti, sed assumere in se onus probandi, illud receptum fuisse, vel debuisse recipi, petinde acsi nihil de hoc scriptum fuisset in rationibus: quis iste administrator debuit curare, ut appareret de contentis in recepto, & de causâ recepti, vel per inventarium, in quo summa illa in dicto articulo recepti designata debebat esse expressa, tanquàm inventa in bonis, vel sicut nomen debitoris debuit in eodem inventario exprimi chirographum vel aliud instrumentum debiti. Ita *Comendador de confus. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. n. 22.* Credendum tamen adhuc in præmissa specie arbitrari iudicis relinquere, quod sine legitima documenta, quibus probetur impensum propter connexitatem rei, præmaxime si verisimiles sint expensæ.

153 Ampliatur secundo quod præcedens comprobatio, ut procedat, etiam si rationes continerent multa alia verba & verisimilia, etiam si in reliquis omnibus essent clare verificata, excepto certo articulo impensæ, de quo solum remansit disceptatio, ut bene probat *Castell. in l. 1. ubi supra, num. 2. sequitur Baeca de decima. tutor. cap. 21. numero 26.*

154 Nunc vero quod præmissa observatio limitatur primo in his, quæ sunt modicæ quantitatis, in quibus sufficit iuramentum rationem reddentis, ut tenet *Specul. in tit. de instrument. edit. §. nunc vero, versic. 20. quid si exsequitur, sequitur alios allegans. ubi supra, num. 25. & Baeca de decima. tutor. cap. 21. numero 23. & Ioan. Garf. de expens. & melior. cap. 20. sub num. 23. versic. quod si expensæ sint modicæ, Doctor Castell. in suo tractatu de censuris, 8. part. in versic. e. verdad que allibro. Dicuntur autem parva sive minutæ impensæ, & probaciones, puta quod hæc essent maioris sumtus: secus in his, in quibus quilibet diligens parasset sibi probaciones, ut in magnis impensis, ita Bald. in leg. ad, quod pauperibus, in sine. & in l. nulli, colum. 2. versic. ad verius est. C. de Episcop. & cleric. & in l. si quis pro redemptio, ad fin. C. de donat. Expensæ quæ sunt quinquæ solidorum est modica, ut de ea non debeat fieri instrumentum, nec alia probatio parari, sed sufficit iuramentum, secundum Bald. in d. l. id, quod pauperibus, in sine, sequitur prædicta *Comendador. ubi supra, d. n. 25.* ubi quod hoc usu in omni materia receptum est, & quod plurimum etiam consuetudinum præscripto ita expressim cavetur.*

155 Ad dit tamen ibi notandum, quod hac ratione reddendarum materia, etiam longe maior quantitas possit dici modica, & iuramento comprobari, secundum multiplices & varias circumstantias. Unde generaliter, quæ sint modicæ, vel magnæ impensæ, sunt boni iudicis est arbitrari ex rei, actus & personæ qualitate, secundum Angel. & Doctores, quos ibi citat, insuperque declarat hanc conclusionem dicens, ut intelligatur rei, scilicet, quæ fuit administrata, sit ampla, vel exigua, pretiosa, aut vilis actus, id est, factum impensæ sit verisimile & rationabile, & commode poterint haberi probaciones, vel secus, personæ si nota, spectat æque fidei sunt, vel secus. Et opinionem præstatam Angeli, & sequacium, sequitur etiam Baeca de decima. tutor. cap. 21. sub d. n. 28. ubi idem cum Soc. consil. 49. lib. 2. & consil. 162. col. fin. eodem vol. & consil. 49. n. 2. lib. 4. probat in ceteris administratoribus actionem redd-

dentibus, quod etiam sequitur Ioan. Garf. de expens. & melior. cap. 11. n. 16. & d. cap. 20. sub n. 23. vers. parva autem etiam, & plures allegans Masc. de probat. 2. tom. consil. 717. n. 2. ubi loquitur in quolibet administratoris, sive ex sequatore testamenti, tutore, curatore, vel herede conficiente inventarium, vel socio reddente rationem gestorum.

Sublimite primo hanc primam limitationem, dummodo hæc impensæ minutæ in scriptura rationum specificentur, scilicet, cui, quam ob causam, quantum singulariter datum sit, & sic affirmat iuramento probantur, ut voluit Ioan. Andr. ad Spec. de instrument. editione, §. nunc vero aliqua, vers. 21. quid si exsequitur, Bart. in l. qui sub conditione, in fin. ff. de condit. & demonstr. Est n. periculolum, & fallitatis occasio, dicere simpliciter sine specificatione stari iuramento, ita cum Ioan. Andr. ubi supra, tenet *Comendador. ubi supra, num. 26. & Baeca de decima. tutor. cap. 21. sub n. 28. vers. maxime autem, Io. Garf. d. c. 20. sub n. 23. vers. præterea 15. & an hoc procedat in consanguineis agemus, in fr. limit. 3.*

Sublimitate secundo, prædictam primam limitationem, dummodo hæc impensæ minutæ, & specificatæ sint rationabiles & verisimiles, quia si non essent rationabiles, ut quia non debuerunt fieri, non debent approbari, ut bene declarat *Castell. ubi supra, d. cap. 21. num. 28. versic. dum tamen.* Secundo principaliter limitatur, supradictæ observatio, ut ipsa non procedat, si appareat esse factum, cuius impensæ rationibus inferatur: tunc enim, eo ipso præsumitur factum opera. & impensæ administratoris, ad cuius curam, & officium spectabat hoc facere, ut est doctrina Bart. in l. cum servus, ff. de verb. oblig. text. in l. 2. C. de aliment. pupill. præstanta, probat *Comendador. ubi supra, num. 28. ubi bene declarat, & Ioan. Garf. ubi supra, in versic. quod si, & Baeca de decima. tutor. cap. 21. num. 29. ad fin.*

Tercio limitatur quod eadem observatio in consanguineis, à quibus non requiritur tam stricta probatio, ut decidit Paul. de Cast. consil. 12. in 6. dubio, in fin. lib. 1. Socini, consil. 75. lib. 1. ubi allegat Bald. in consil. ad primum, quod est in ordine 418. lib. 3. ubi Bald. dicit, quod etiam in non modicis statuit iuramento, si personæ qualitas, verisimilitudo, & iudicis motus cum hoc concurrant, hoc autem idem Socini, consil. 46. cum in present. lib. 1. colum. 1. intelligit procedere, quando in consanguineis, puta fratre, administratæ tantum iure fraternitatis, secus si, ut tutor vel curator. Tunc enim vult eum teneri diligentem & exactam rationem reddere, quod verum putat *Comendador. ubi supra, in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 29.* Tenentur autem exactus & strictus tenentur, quoniam expressa & solemnis obligatio, forma, & vis publici officii magis obligant, plusque operantur, quam privatim suscepta negotiorum gestio, nisi illi, quorum bona (intelligit sine tutela & cura decreta) administravit, errant minores, quorum tutelam vel curam suscipere vel providere tenebatur, tunc enim non debet in aliquo relevari, ne sit melioris conditionis negligens, quam diligens: tandem putat *Comendador. nedom posse verificari hanc limitationem, & dicta Bald. in administratæ bona maioris iure fraternitatis: Sed est iudicis æquum videri possit in administratæ bona minoris nominatim tutor vel curator, licet non ita promerit & facilius propter periculum sacramenti, & publici officii. Et hanc tertiam principalem limitationem Socini & Molini, sequitur Baeca, d. c. 21. num. 29.*

Limitatur quarto in eo, cui rationum reddendarum prælegata esset liberatio: non enim, si tenetur rationem ponere nec probare: nisi hæc tenus, ut dolus & lata culpa ab eo excludantur, ut in terminis limitatæ in *Comendador. ubi supra, ad fin.* de quo supra, in hoc tractatu non semel diximus.

164 Illa tamen maxima differentia inter actionem tutelæ & curæ videtur esse, quod actio tutelæ, non nisi de posita administratione, proponi iure communi potest, l. nisi finia

finia, §. tutor. 2. §. generaliter, & l. sed non datur, de tutor. & rat. distrab. cum curatore autem manente administratione, ut cum procuratore agi potest, l. cum curat. 27. ff. de administr. tut. in Pandect. Ex quibus prædictam differentiam in terminis constituit ac probavit Petrus Greg. in syntagm. jur. 2. part. lib. 13. cap. 10. num. 1. qui cap. 11. eiusdem libr. 13. num. 2. addit, quod sic etiam actio contraria eius, qui pro tutore gestit, vel qui curam administravit, etiam pendente gestione, & antequam finita dicatur, competere potest: quia & statim, ubi obnoxii sunt prator, & curator, directæ conveniri possunt, l. 1. §. sed et si curator, ff. de contr. tut. & tut. act. Ceteræ autem actiones, veluti furti, damni, iniuriæ, condictionis, præter tutelæ actionem adversus tutorem competunt, etiam si adhuc tutelam administrat tutor, l. 4. in fine ibi, ceteræ actiones, & c. ff. de tutel. & ration. distrab.

Sed contra prædictam differentiam adest text. expressus in l. 2. & in l. rationes, C. de administr. tut. ubi quod rationes curæ administratæ ante impletum quintum & vigesimum annum, durante officio, potest iure non posse, manifestum est, per quæ iura hoc resolvimus sup. hoc cap. n. 110. Et est quidem verisimum, in redditione rationum totius administrationis, ut durante dicto officio potest non possint: Regulariter fallit, in actione furti, damni iniuriæ, condictionis, & rei vindicationis, & in stipulatione rem pupilli salvam fore, & in his intelligitur d. l. cum curatore 27. ff. de administr. tut. ita gloss. ibi verbo, cum curatore, & gloss. in d. l. 2. & in d. l. rationes, C. de administr. tut. & diximus modo supra, hoc idem probantes contra tutorem differentia igitur prædictæ, inter actionem tutelæ, & curæ vera non est, nec tenenda.

169 Quid autem erit, si tutor, vel curator, aliusve administrator vixerit in fidei minoris, vel domini, an in rationum redditione teneatur solvere mercedem iustam domus, videndum est Doctor Castell. in suo tract. de censuris in nona parte, versic. lo tambien, ubi resolvit, quod si magis expediebat minori, vel domino, cuius bona administrabat, ut in illa domo eius tutor, curator, vel administrator viveret, non teneatur solvere prædictæ mercedem, ut in exemplo, de quo ibi per eum.

SUMMARI A.

- 1 Tutor, vel curatore ratione administrationis regulariter iure communi salarium petere non potest.
- 2 Fallit primo, hæc regula in tutore peregre proficiente ad curandam negotia pupilli, debet namque hic ire expensis pupilli.
- 3 Fallit secundo quoties incidit, aliquod negotium, quod tutore ratione officii tenetur obire, ex cuius administratione tutoris facultates damnum patiuntur: tum enim iudex ei iuste salarium constituere potest, & que iusta causa sit in proposito constituendi salarium, arbitrio iudicis relinquitur, ut in num. 7.
- 4 An hoc procedat nedum respectu temporis futuri, sed etiam præteriti.
- 5 Quantum autem salarium debeat tunc a iudice constituiri, non iure definitum.
- 6 Tutor in præmissa specie possit contutori constituere salarium.
- 7 Tutoribus & curatoribus Regum, Principum, & Illustrissimum personarum recompenratio debetur, & tribuitur ratione administrationis.
- 8 Alimenta sunt præstanta tutori, vel curatori minoris ubi iusta subest causa.
- 9 Salarium debetur pro officio gratuito gravi, & difficili & si ab initio susceptus numeris promissum non fuerit.
- 10 Gallia tutoribus nobilium personarum daretur omnium fructuum.
- 11 Aurelia etiam.
- 12 Apud Hispanos: idem servatur.

- 14 Apud Anglos etiam fructus rei pupillaris ad Regem pertinet, quoniam pupilli in tutela Regis vivunt.
- 15 Apud Portugalliam vicesima pars fructuum tutori pro labora conceditur.
- 16 Consuetudo defrens tutoribus omnes fructus est restringenda tanquam odiosa.
- 17 Apud Hispanos decimarantum pars fructuum datur tutoribus pro labore administrationis.
- 18 Tutor vel curator peregre proficiens pro negotio sua administrationis, an præter decimam fructuum possit reducere, & reputare etiam personales expensas necessarias.
- 19 Tutor agricola propriis manibus pupillare prædium arant, & similia faciens, ultra decimam fructuum repetat, vel reputat pretium operæ suæ, si soluta sit locare operas suas.
- 20 Tutor vel curator, ultra decimam fructuum non auditur, si potest, quod dicit aliter, vel negotiorum gestori, ut nomina debitorum exigere, & alia faceret sine nobilitate officio tutoris, & num. 21. sic iure communi attendo, quo salarium tutrici non debetur nec datur, ut in num. 22.
- 23 Tutor vel curator aliusve administrator peregre proficiens an ultra decimam possit capere alimenta.

CAPUT II.

An tutori vel curatori salarium debeat pro officio administrationis.

OFFICIUM tutoris iure civili gratuitum est, ideoque regulariter ratione administrationis, & laboris nihil accipere nec petere potest, l. tutoribus, §. principibus, ff. de administr. tut. l. qui negotium in priv. ff. de administr. tut. ubi quod lucrum facere ex tutela non debet, l. si is, qui, ff. de eo, qui pro tut. negot. ger. l. in eos, ff. de tutel. ubi quod nemini dari debet pecunia, ut si tutor, turpe enim recipitur salarium, pro officio, quod debet esse gratuitum, ut mandatum l. qui sine iuris, circa mediam, ff. de negot. gest.

Quam conclusionem principalem omnes Dd. uno ore proficuntur ab antiquioribus usque ad novissimos, quos congerit Baeca de decim. tut. c. 1. n. 1. cum pluribus sequitur, ubi late probat, & inquit hanc esse receptissimam nostrorum sententiam, à qua nullus hæctenus discessit. Idem probat Petrus Surd. de aliment. tit. 1. §. 47. num. 6. ubi num. 7. quod si quid datum est, repetitur per conditionem ob turpem causam, ut dicit gloss. in d. l. in eos, & Vitalis in tract. claus. in clausula, nihil non pend. consuet. in veniar. quib. idem Pet. Surd. in eodem tract. de aliment. tit. 6. quæst. 14. num. 17. probat late, & per ordinem Menoch, plures allegans, consil. 228. n. 1. cum sequitur, ad n. 13. incl. in vob. vol. 3. cuius consil. se subscripsit Tiber. Decian.

Hæc regula quod fallit primo in tutore peregre proficiente ad curandam negotia pupilli: debet namque hic ire expensis pupilli, & sic evitat damnum, non vero lucrum capit, l. 1. §. si pupill. versic. item, ff. de tutel. & rat. distrab. quam post Jacob. Buttric. declarat Bart. in d. l. tutoribus, §. fin. & tenet Bald. consil. 259. super primo puncto, lib. 3. sequitur alios allegans Baeca de decima. tutor. cap. 21. sub d. n. 47. n. 5. diximus supra cum aliis cap. præcedentibus, in versic. similiter etiam, num. 143. ubi quod debet deduci ex his expensis, quas domi erat facturus talis administrator, & quod restitui tutor, curator, vel alius administrator, qui pedes, facere iter solet, pro pupillo eques non debet proficisci.

Secundo quod fallit d. regula, quoties incidit aliquid negotium, quod tutor ratione officii tenetur obire: tunc namque si ex eius administratione, tutoris facultates damnum patiantur, iudex iuste salarium ei constituit. Nemini enim officium suum esse debet damnosum, l. sed & si quis ex signatoribus, ff. quem admodum testam. aper. & conge-

rit plurima in proposito Menoch. d. conf. 228. nu. 5. Hoc tamen raro, parce, & moderate iudex facere debet, ut probat late Baec. d. cap. 1. num. 6. 7. & 8. ubi num. 9. & 12. quod potest iudex assignare tutori salarium, si ad sit iusta causa, quod prius probavit Guido Pap. decif. 68. nec non & alios referens Petrus Sura d. l. quaest. 47. num. 8. ubi quod iudex ex iusta causa potest tutori salarium constituere, ut si continue sit occupatus circa tutelam, ita ut cogatur deserere proprias res, vel quia necesse habeat ad diversa loca proficisci, ut per gloss. & Doctores in d. l. tutoribus, §. fin. & in d. l. in eos, ubi Bart. ff. de tutel. & d. l. 1. §. si pupillus, Bartol. in l. Atblera. §. tutela. ff. de excusat. tut. Cavalcant. alios referens de tut. & curat. num. 310. Cordub. in leg. si quis à liberis, §. si mater, num. 73. ff. de lib. agnos. Petrus Sura d. de aliment. tit. 6. quaest. 14. num. 17. & iterum tit. fina. quaest. 39. num. 6. Jacob. Menoch. & Tiber. Decian. alios allegans dicit. confil. 228. num. 24. & 25. & 29. & num. 37. cum seqq. ubi etiam loquitur in curatoribus Montalv. in l. 2. tit. 7. libr. 3. ff. de off. 2.

4 Et procedit nedum respectu temporis futuri, sed etiam praeteriti, ex bono & aequo, ut per Menoch. ubi supra, num. 38. Quod intelligitur, ut est demente ipsius, subsistente iusta causa, ut praediximus: Nihilominus tamen ipse Menoch. ubi supra, num. 37. & n. 60. in versic. quarta dubitationi, contrarium tenet respectu temporis praeteriti in praedicta specie, nempe quod causa praeterita administrationis salarium constitui non debeat, quando quidem tutor, vel curator, nihil petendo, dum administrare coepit, videtur quod damno remittere, & donare, ut tenet Federic. de Senis confil. 118. num. 2. & apertius Alexand. confil. 109. nu. 1. & 2. lib. 6. & Castren. confil. 346. lib. 2. Guido Pap. quaest. 68. & apertius Sacin. confil. 196. col. ult. lib. 2. quos ibi ad hoc refert & sequitur concludens d. n. 60. quod non die susceptae cura, sed à proposita querela, & petitione, incipere debet. Quod verum esse censeo, nisi tempore susceptae administrationis, vel laboris tutor vel curator protestatus esset, seu peturum esse pro ea salarium: tunc enim cum iam de eius intentione constet, noluisse gratis administrare, nec donare, aut remittere salarium, quod sibi in praemissa specie iure debebatur, ratione damni emergentis, consequens est, ut id etiam pro tempore praeterito petere possit, nedum pro futuro, arg. l. Necessarius cum materia, & ibi D. ff. de negot. gest. cum similib. & quia d. protectio loci petitionis habetur, & officium laum sibi non debeat esse damnosum.

5 Quantum tamen debeat esse hoc salarium, seu recompensatio damni, constituitur his tutoribus & curatoribus, in praemissa specie iure cautum non reperitur: nec enim ob rerum & negotiorum varietatem certe statui hoc potuit, & propterea iudicis arbitrio relinquunt, ut cum Corneo confilio 62. in fine libr. 4. late comprobatur Menoch. ubi supra, num. 48. cum seqq.

6 Quinimo, & in praemissa specie, & contutores ipsi possunt constituere salarium, d. l. 1. §. si pupillus, Bartolus in dicit. leg. in fine, Arctim. in §. sed & propter, in fine, Institut. de excusat. tut. ubi dicit haec notanda, quia quotidiana Baec. alios referens dicit. cap. 1. num. 9. & Petrus Sura d. de aliment. dicit. quaestione 47. numero 9. & Menochius d. confil. 228. num. 27. ubi etiam loquitur in curatore.

7 Quae autem sit iusta causa in proposito, arbitrio iudicis relinquunt, secundum Alberic. in dicit. leg. atutoribus, §. principatibus, quem refert, & sequitur Baec. dicit. cap. 1. num. 10. ubi num. 11. addit, quod fere in omnibus casibus, in quibus de iure civili pecunia datur tutori, potius datur pro reficiendis expensis, & evitando damno, quam pro lucro captando, & sic ratione expensarum factarum à tutore, deducendum est, quod domi esset expensurus, nisi in domo viveret ex officio, ut supra quos, diximus cap. praecedenti.

Sic etiam tutoribus & curatoribus Regum, Principum, & illustrium personarum, recompensatio aliqua debetur, & tribuitur pro suscepto munere, scilicet, ut ex bonis ipsius Regis, Principis, vel illustrius alterius personae ipse tutor, vel curator alatur una cum suis, ut late comprobant Menochius & Decian. dicit. confil. 228. num. 31. & diximus etiam supra, cap. praecedenti.

Imo regulariter, ubi iusta subsistit causa, alimenta sunt praestanda tutori vel curatoris minoris, ut affirmant scribentes in §. dari autem, Institut. qui testament. tutor. dar. poss. Bartolus in tractatu de aliment. numero 41. & nove Joan. Baptista Pontan. in tractatu de aliment. Chart. 13. num. 9. quos refert & sequitur Menochius dicit. confil. 228. num. 44. dicens, quod hoc procedit sine controversia in tutoribus & curatoribus illustrium personarum, ut supra diximus.

10 Sic, & quando officium, quod alias solet esse gratuitum, ut procuratorum, syndicorum, tutorum & curatorum, debetur salarium, & si ab initio suscepti muneris promissum non fuerit, quando officium ipsum est grave, & difficile, multique laboris, ut plura aliam res respondent Menochius dicit. confilio 228. num. 20. & 24. & quos refert & sequitur idem Menochius confil. 170. num. 4. volumus 6.

11 Gallia tamen tutoribus nobilium personarum dantur omnes fructus, ut est videre apud Boerium in consuetud. Bituricensi. tit. de consuet. jur. status person. §. 11. Cassian. in consuet. Burgund. rubrica 6. §. 4. verbo, & fuit. la dicit femine, & verbo, Ballista. Idem t. servatur apud Aurlinianos, qui etiam sunt Galli, auctore Pirro in consuet. Aurlinens. titulo, quibus modis jus patron. potest. §. 10. capite 1. ut refert utrumque Baeca de decima tutorum, capite 1. numero 32. & Menochius dicit. confilio 228. numero 52. & 53.

12 Idem t. servatur apud Histrianos Italiae populos, ut recenset & validam esse eam consuetudinem probat Paul. Castr. confil. 374. super istis dubiis columna 1. libro 2. Cassian. ubi supra in 1. loco, supra relatum, Petrus Bellapert. in authent. minoris debitor, C. qui dar. tut. poss. Baeca dicit. capite 1. numero 32. & 33. & Menochius dicit. confil. 228. numero 54. loquitur tamen Paulus Castrin. ubi supra, solutus debitis, & cum ordine ministrandi victum & vestitum pupillis, &c.

13 Apud Anglos feriam fructus rei pupillarum ad Regem pertinent, quoniam pupilli in tutela Regis vivunt, ut ex Paulo lovio commemorat Baec. dicit. cap. 1. num. 33. ad fin. versic. sic Paulus lovio.

14 Apud Portugalliam lege Regiorum, lib. 1. tit. 65. §. 56. tutori pro labore conceditur vigesima pars fructuum, qui percipiuntur ex bonis pupilli, ut refert Petrus Barbosa in l. ex fructibus, n. 21. ad fin. ff. solut. matrim. quod latius explicat Molina Theolog. de just. & jur. 1. tom. tract. 2. disputat. 224. ad fin. colum. 1400.

15 Consuetudo tamen deferens tutori omnes fructus est restringenda tanquam odiosa, secundum Jacob. Burric. in d. authent. minoris debitor, quod sequuntur Cassian. & Baeca, ubi supra, num. 36. & esse iustissimam praefatam consuetudinem iudicio suo asseruit Padilla in leg. 1. num. 13. C. de transact.

16 Apud Hispanos decima fructuum tantum datur tutori, vel curatori, ut in leg. 2. tit. 7. lib. 3. fori, quia ita disponitur.

17 Si algunos huérfanos que sean sin edad fincaren sin padre, o sin madre, los parientes mas propinquos, que ayen edad, y se compare a ellos, y a todos sus bienes, de delante el alcalde, y delante otros buenos, por scripto y guardados fassos, que los huérfanos vengan a edad: y si non ovieren parientes, que se an para ello, el alcaide, de los a guardar con todos sus bienes a alguno ans bueno, y engano.

y enganos assimos es sobre dicho. T quienquier que los tenga mantengalos de los frutos, y tome para si el diez mo de los frutos, por razon de su trabajo; y quando viniere a edad dexelos todo lo suyo ante el alcalde por el escripto conylore cibio.

Quod ab hinc annis plus mille antiqua l. de hac re prodita servatur, ut inter Gothorum leges lib. 4. titu. de los herederos, legitur in l. incipit el padre, ibi: El hermano deve aver a los otros hermanos e a sus cosas en guardam: e mandamos que tome el diez mo de los frutos en que viva, ut refert & affirmat Baec. d. cap. 1. de decim. tut. num. 32. & inquit Montalv. in d. l. fori, in verb. El diez mo, nota hodie taxatum salarium tutoris.

Et praedict. l. fori ad hoc refert Avendan. lib. 1. cap. 4. prator. num. 46. & Segur. in repet. l. coheredi, §. cum filia, folio 31. colum. 3. versic. nam hoc casu, ff. de vulg. & pup. & Ant. Cordub. in l. si quis à liberis, §. si mater, n. 73. in fin. ff. de lib. agnos. & hoc iure utitur secundum Ioan. Orosc. in l. sumus quidem, num. 10. ff. de pat. & ex facto servatur apud nos, secundum Padilla in d. l. 1. n. 13. C. de transact. ubi quod iustissima sibi videtur haec lex, quam etiam citant Menochius dicit. confil. 228. n. 51. lib. 3. & ibi Decian. Et quidem, quod certo scio, eam vidi semper observari in praxi in his regnis, & hodie servatur secundum Doct. Spino in suo specul. testam. gloss. 29. num. 72. versic. hinc etiam. Illam quoque citat Monteros. in sua praedict. tractat. 7. fol. 109. & Molina Theolog. ubi supra, & alii plures.

18 Illud tamen hic dubitari contingit, an si tutori vel curatori sit constitutum salarium, ubi non reportat fructus, vel ubi eos lucratur, pro labore administrationis, iuxta regni seu provinciae consuetudinem, vel decimam fructuum, ut apud nos Hispanos, praeferat hoc possit deducere, & reputare etiam personales expensas, necessarias tamen, quos fecit iuxta qualitatem suae personae, quando contingat eum peregre proficisci in rem, & utilitatem minoris, ultra eas, quas domi erat factururus, putandum equum currumque quaerunt, famulos addicunt, quibus comitati iter faciant, an vero salarium, vel fructus, vel decima eorum censetur etiam datum pro his expensis.

In quo habemus bonum textum, loquentem in procuratore in l. idem que 10. §. idem Labeo ff. mandata. ibi, sed & si ad vicarias suas, dum excurrat in praedicta, sumit vicarius: puto, hos quoque sumptos reputare eum oportere, nisi salarium fuerit datum, & hoc convenit, ut sumtus de suo faceret ad haec itinera, hoc est, de salario. Ergo praeter salarium has expensas reputabit, nisi salarium ita constitutum sit, ut sumtus de suo faceret ad haec itinera, hoc est, de salario.

19 Praeterea haec parte confirmat, quod decima fructuum datur a lege nostra fori, pro labore, & non pro expensis, ut patet ex ea ibi: Tome para si el diez mo por su trabajo. Deinde haec sententia probatur, quoniam de iure consuetudinis tutor pro administratione tutelae nihil accipit, ut supra hoc c. vidimus, & tamen repetit expensas, ut diximus cap. praecedenti. Ergo quod datur, capitur pro administratione, & labore, prout est decima fructuum, ut in d. l. fori, & non succedit in locum expensarum: ergo utrumque iure recipit: praeterea, d. l. fori, non praecipit, quod tutor non recuperet, vel reputet expensas.

20 Vltimo confidoro pro hac eadem parte praecitatam legem Gothorum in foro iuzgo, ibi: E mandamos, que tome el diez mo de los frutos en que vive, e si algunas expensas fiziere por los negocios de los hermanos, cobrela. Generalia enim cum sine verba haec, generaliter debent intelligi, tam de expensis directae in rem minoris factis, quam in sua persona, cum in utriusque expensis militet eadem ratio. Reputabit igitur tutor vel curator peregre proficiscens, quovis hoc oportuerit facere pro administra-

tionem rerum minorum suas expensas personales, deducto eo, quod domi erit expensurus, sicut & reales praeter integram decimam fructuum, vel salarium, quod alias sibi ex iusta causa assignatur.

Et in terminis hanc sententiam tenet & probat glo. verbo, cum oportere in d. l. idem, §. idem Labeo, ff. de mandata. dum dicit, eam habere etiam locum in tutore, quam sequitur ibi Bald. & ceteri, & in terminis d. l. fori, haec partem pluribus comprobatur, tenet, atque defendit Baec. de decim. tut. c. 21. n. 15. cum pluribus seqq. ubi dicit, hoc esse regulare, & respondet fundamentis contrariis, sequitur etiam Ioan. Garl. de expens. & melior. c. 20. n. 17. dicens, ita proculdubio esse tenendum, licet in fin. d. n. fateatur contrariam sententiam, si salarium magnum sit, esse rationem: sed quod ex d. §. idem Labeo, non sit iudicium liberum, & tandem dicit, ut cogita. Ego opinionem affirmativam, quam supra fundavi, libenter tanquam verissimam probo.

21 Vnde si tutor forsan agricola t. propriis manibus pupillare praedium araret, vinetiam faceret, triticum, vel poma colligeret, proculdubio ultra decimam fructuum repetet, vel reputabit praedium opere suae, si solitus sit locare operas suas, ut late & recte probat Baec. dicit. capis. 21. num. 25.

22 Quod si tutor praetendat praeter decimam, ut sibi solvatur, vel reputetur, quod actori, vel negotiorum gestori ipsi solvit, ut nomina debitorum exigeret, pecuniam collocaret in emtionem praediorum, vel in honestum lucrum, & operis mercedem solveret, nullo modo erit audiendus, sed sola decima contentus esse debet: Ad officium namque tutoris hoc facere spectat, ut probat Baec. ubi supra, num. 26. ubi etiam, t. quod similiter non imputabitur pupillo, quidquid administrandi, imperandi, & gubernandi muneri cohaeret: id enim proprium officium tutoris est, & aliis ea mandans, suo periculo & impensa mandat, alias otiosus & sedentarius decimam deduceret, & pupillus ultra decimam implenti tutoris munus aliam forsam decimam solveret, vel plus, quod est contra easdem leges Regias: Quamvis alias iure communi attento, quo tutores & curatores non habent regulariter t. salarium pro administratione, possent eligere inuitores (quos falliores appellamus) pro gerendis & curandis negotiis pupilli, vel minoris, cuique de bonis pupilli constituere salarium, ut respondit Barfa. conf. 133. n. 62. post Bart. in l. cum ad quamlibet, C. de condit. in publ. horr. lib. 10. quos refert & sequitur Menoch. d. confilio 228. num. 26. lib. 3.

23 Tutor tamen vel curator, aliusve administrator, peregre proficiscens ad negotia minoris, vel domini, potest capere ex bonis, quae administrat, quod opus fuerit pro sui sustentatione, l. r. §. si pupillus, §. ut em sumtus, ibi, & viatica, & ibi Bartol. ff. de tut. & rat. distr. Bart. in l. a tutoribus, §. principalibus, ff. de administr. tut. nisi iure administratori esset taxatum certum salarium: tunc namque capere, aut exigere amplius non possit, ut contingit in salario tutorum ex l. 2. titu. 7. de la guarda de los huérfanos. lib. 3. for. & in terminis ita declarat D. Castellus in suo tractat. de cuentis. parte 9. folio 28. columna 2. ibi. De manera que, &c.

SUMMARIA.

- 1 Curator adolefcentis ad decimam fructuum bonorum eius habere debet?
- 2 Tutor principaliter datur persona, secundario rebus.
- 3 Aetas legitima, sive perfecta dicitur viginti quinque annorum.
- 4 Guardador de huérfanos, in Hispania dicitur tutor & curator minoris.
- 5 Minor 25. annis non potest esse tutor alterius minoris.
- 6 Dispositum in tutore de iure locum habet in curatore.
- 7 Lex nova loquens in uno ex duob. casibus agnoscitur à

- 1 iure communi locum debet habere in alio, etiam in pœnalibus & correctoriis.
- 2 Curator secundario curat personam adolescentis.
- 3 Curator furiosus, prodigi, & similitum personarum, an decimam fructuum habere debeat.
- 4 Dispositum in tutoribus pupillarum extenditur, & locum habet in curatoribus furiosorum, & similitum.
- 5 Ratione expressa in lege, licita est extensio ad casum, ubi eadem ratio militaverit.
- 6 Curator furiosus, habens dilucida intervalla, solum habere debet decimam pro tempore furoris, non vero pro tempore dilucidi intervalli.

CAPUT III.

An curatori adolescentis, sicut tutori pupilli, sit danda decima?

Quamvis prima (quod aiunt) in specie l. 2. rit. 7. lib. 3. for. quæ decimam fructus minoris tribuit eius ad administratori pro labore, & videatur tantum loqui in tutore, ut probari videtur ex eius litera, ibi: *Reciban a ellos y a todos sus bienes, & ibi: Delos a guardar con todos sus bienes*. Tutor & namque principaliter datur persona, secundario rebus, ut inquit Barto. in l. tutores, §. 1. ff. de administrat. tut. la. in l. si quis in fundo vocabulo, n. 46. ff. de leg. 1. probat Baec. de decim. tit. e. 3. n. 2. At curator non datur persona, sed rebus, in copulandis, C. de nupt. la. ff. Baec. ubi sup. Tocom dice la ley sexta, titulo diez, ff. de part. quart. tutor es llamado en latien, que ha en guarda algun moco e todos sus bienes fasta que sea de edade 14. años. Vnde cum d. l. 2. rit. 7. lib. 3. fori, sit correctoria iuris communis, ut sup. procedenti probavimus, non videtur extendenda ex identitate rationis, in xta notata in autb. quas aliones, C. de sacrosanct. Eccles. quinimo nec ex maiori tate rationis, ut alibi diximus. Nihilominus tamen re maturius considerata ex generalitate nostræ leg. idem iuxta eam concludendum & resolvendum est in curatore adolescentis, quem etiam comprehendere mente & verbis visa est prædicta l. fori absq; extensione.

Primo ex litera eiusdem l. 1. ibi: *Tuando viniere en edad. Atras namque legitima sive perfecta in proposito datur 25. annorum, ut in l. fin. & ibi D. C. de his, qui ven. atq; impet.*

Secundo ex eadem l. ibi: *Dexa los todo lo suyo ante el alcaide y deles cuenta derecho*, quia maioribus 25. annor. rerum suarum administratio committitur, ut in l. 1. ff. de minor. Ergo manifeste lex loquitur etiam de curatore adolescentis, qui usque ad 25. annum curatorem habet, quia si loquereur de eo, qui ad pubertatem solum pervenit, potius iuberet curatori eius rationem reddi, non vero ipsi minori.

Tertio, quia non solum tutor pupilli, sed etiam curator adolescentis dicitur, & appellatur Hispanice, *guardador*, ut patet ex l. 12. in versi, *ela guarda*, usque ad fin. legis, tit. 16. part. 6.

Quarto, quia l. nostra fori generaliter & indistincte loquitur, *en todos los guardadores de buerfanos que sean sin edad*. Ergo pariter comprehendit tutores & curatores minorum usq; ad 25. annum: *Por que todos estos son guardadores de buerfanos que son sin edad*. Ex hinc est, quod minor 25. annor. non potest esse tutor nec curator alterius minoris, antequam 25. annum ætatis suæ impleat quia non potest esse talis ætatis, cui administratio rerum suarum committatur, ut in l. fin. C. de leg. 1. rit. Ergo ita proprie loquitur d. l. fori, in curatore adolescentis, sicut in tutore pupilli.

Quinto, quia præfata lex fori non loquitur nuncupatim in tutore, sed generaliter, *en guardadores de buerfanos sin edad*. Ergo generaliter debet intelligi, l. non dicitur

stinguerimus, ff. de arbit. l. de pretio, ff. de publi. in rem act. cum similit. & ubi conveniunt verba legis, eius dispositio locum habet. l. 4. §. toties, cum similit. ff. de dam. in sol. At quod verba d. l. fori, tutori & curatori æque conveniant, iam supra probavimus ex d. l. 13. tit. 6. par. 6.

Sexto, quia etiam iudic. l. fori, in tutore nuncupatim loqueretur, adhuc locum haberet in curatore ex identitate rationis, cum decima detur pro labore, & curator eodem penelabores subeat, & subire teneatur, quos tutor, & ut plurimum probat Baec. de tut. & cur. cap. 3. n. 15. cum segg. & dispositum de tutore de iure habet etiam locum in curatore, ad eumque extenditur, ut in l. pater Severinam, §. condisionum verba, ff. de cond. & demonst. etiam in materia odiosa & correctoria, ut late cum aliis probat Baec. dicit. capit. 3. n. 11. & nos latius & distinctius resolvimus sup. in l. par. capit. 13. ad fin. Est optimus text. in l. qui neque, ff. de rebus eorum, ubi dispositum à Principe in tutore, extenditur à Jureconsulto ad curatorem, quoniam simillima sunt.

Septimo, quod cum tutor & curator à iure æquiparentur, præterquam in casibus à iure expressis, ut resolvimus, ubi sup. lex fori, loquens & corrigens ius commune in uno eorum, locum habere deberet in alio, cum eadem sit in utroque ratio & æquitas, in xta glossam in l. si quis servus, C. de fur. & servo corr. verbo, *corrumpi*, gloss. etiam in l. quod vero contra, ff. de legib. Est communis sententia secundum Antonium Gomez. in l. 4. Taur. num. 7. & la. omnino videndum, in anthen. quem aliones, n. decimonono, C. de sacrosanct. Eccles. sequitur etiam Tellus bene declarans in dicit. l. 4. Taur. num. 25. & Octavia, C. cher. decif. Pedemont. 6. num. 9. & 16. & late Burg. de Paz. in l. 3. Tauri, in 2. concluf. num. 9. 4. cum sequentibus, & latissime omnium Aym. Cravet. de antiqui. tempo. 4. par. 1. princip. n. 98. cum segg. fol. 149. in parvis, ubi quod procedit etiam in pœnalibus & correctoriis. Et quod hæc opinio videtur communis, quod multo fortius procedit in nostra specie, cum d. l. fori, non loquatur nuncupatim in tutore, sed generaliter *en el guardador de buerfanos*. Quod nomen æque convenit tutori & curatori, sicque lex in utroque loquitur, sicut etiam in curatore, quam in tutore, cum uterque teneatur personam & bona minoris, eosque regas & eorum bona admittret, principaliter, & secundario respective. Et ita merito in terminis nostræ legis fori habet partem affirmativam defendit, sequitur & probat respondens contrariis Baec. d. cap. 3. num. 10. cum sequentibus, resolvens tamen n. 26. quod d. l. fori, manifeste loquitur in tutore, & quod iuxta communes traditiones extendenda est ad curatorem, Ego vero licet libenter probem eius principalem sententiam, quam veram esse cenfeo, & proculdubio tenendam omnino, & in praxi admittam: ferre tamen non possum, dicere, quod dicit l. fori, loquatur manifeste in tutore, & quod extendatur ad curatorem, eum potius, ut probavimus in utroque, generaliter loquatur, & sic non potest dici, fieri extensionem ad curatorem, sed quod verba generalia legis, eiusque ratio verè & proprie utriusque comprehendant, scilicet, tutorem & curatorem, Non igitur opus est extensione, sed virtuali comprehensione utendum est.

Neque obstat, quod tutor curat personam & res, curator vero solum res, atque ideo videbatur, nostram legem fori tantum loqui in tutore, non vero in curatore, cum dicat: *Reciban a ellos y a todos sus bienes, & ibi: de los a guardar con todos sus bienes*, quoniam negari non potest, curatorem saltem secundario curare personam adolescentis, cum illum alere & defendere teneatur, ut faceret & agnosceret post alios idem Baec. ubi sup. num. 20. est que verissimum est.

Maior autem & dubitatio contingit ad esse, an dispositio nostræ l. fori, que administrator, tribuit decimam partem

rem fructuum pro labore administrationis, habeat etiam locum in curatore furiosi, & prodigi similitum, personarum.

Et profecto in his curatoribus subsistendum videtur, quia in eis lex nostra non loquitur, sed in tutoribus & curatoribus minorum: & non habemus aliquam legem, que hoc extendat ad curatores furiosi, & prodigi; ergo est casus omissus, & proinde remanet sub dispositione iuris communis, l. commodissime cum materia, ff. de lib. & post. Iure autem communi tutoribus quarumcunque personarum salarium aliquod seu præmium laboris regulariter non debetur, ut sup. cap. precedenti late probavimus. Ergo nec iure Regio debet curatori furiosi vel prodigi; pro quo est bonus textus in argument. in l. si vero 65. §. de viro, ff. solut. matr. dum dicitur de viro herede, cum lex tantum loquitur de sacro, successoribus, fieri: nihil in lege scriptum est. Et hoc Labeo quasi omissum notat, in quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec utilis aërio danda. Vbi Bartolus tenet, quod provisio legis contra ius commune non extenditur ultra illud, quod lex exprimit, licet eadem sit ratio. Ergo ita in proposito videtur dicendum, quod cum lex Regia fori loquatur de tutoribus & curatoribus minorum, non vero de curatore furioso, vel prodigi, quasi omissum censendum sit, ac proinde cum in eo lex deficit, non sit ulla aërio danda.

Nihilominus tamen ex identitate rationis, & æquiparatione curæ utriusque curatoris, nempe adolescentis, & furiosi vel prodigi, idem per extensionem & æquitate probandum videtur, licet verba legis deficient in curatore furioso, vel prodigi, similitumque personarum, ut his quoque pro labore & administratione decima fructuum sit danda, & si lex de his non loquatur primo exte. optimo in l. qui neque & ff. de rebus eorum, & c. ibi: *sed si curator sit furiosus, vel cuiusvis alterius, non adolescentis, videndum est, utrum iure veteri valebit venditio, an hanc orationem admittemus? Et puto, quia de pupillo Princeps loquitur, & committit tutoribus curatores accipiuntur pertinere, & de cetero puto ex sententia orationis idem esse dicendum*. Et ibi gloss. verb. *perlinere*, inquit, hoc ex mente orationis. Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, ut cum de tutoribus & curatoribus pupillarum & adutorum lex Regia fori loquatur, pertinere quoque debeat ad curatorem furiosum, prodigi, & similitum personarum, arg. d. legis. Secundo eadē opinio corroboratur ex dispositione authent. *ut hi, qui obligatas se hab. perhib. res min. §. hac*, dum dicit, & hac dicimus in omni curatione, in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges, prodigiorum, vel, aut furiosorum, aut amentium, aut si quid aliud iam lex dixerit, aut si quid inopinabile natura adinvenit, confequitur, ut prædicta æquiparatio quoad decimam, de qua in d. l. fori, locum merito habeat: Illa enim Iustiniani decisio lex generalis, declaratoria videtur futurarum decisionum in materia tutoris & curatoris minorum.

Tertio favet quod plurimum huic parti sententia glossæ communiter approbata, quæ habet, quod dispositum in tutoribus pupillarum extenditur & locum habet in curatoribus furiosorum & similitum, ut docuit gloss. in l. 2. C. de curat. & furios. & ibi Doctores, & est communis, secundum Baec. de decim. tut. dicit. cap. tertio, n. 34. quam supra secuti plures alios citantes.

Quarto huic opinioni adhibetur, quod tutori & curator minorum hæc decima fructuum datur, propter laborem administrationis, ut constat ex eadem l. foris dicitur curator furiosus & prodigi non minus laborat, quod tutor vel adulti curator, ut pluribus bene comprobatur Baec. d. cap. 3. n. 25. cum segg. Ergo ex identitate rationis dicta lex fori locum debet habere & in curatore furioso, prodigi, vel amentis, quia ubi eadem est ratio, ibi quoque eadem iuris dispositio locum habet, sicut, cum similit. ff.

ad leg. Aquil. & cum ratio exprimitur in l. licitum est, eam extendere & ad casum, ubi eadem ratio militaverit, in xta gloss. in clem. 1. verb. eligatur, de electione, communitè approbatam, secundum Baec. d. c. 3. n. 19. ubi plures allegans hoc locum etiam habere dicit & probat in constitutione pœnali. Et hic conceptus optime non solum adnotatur, sed etiam fortificatur, ex latissime à nobis ex aliorum & communibus traditionibus congestis, lib. 3. præf. q. 17. & 18. n. 75. cum plurimis sequentibus, ubi inter alia, quod ratio finalis ac principaliter contemplata, ad aliquam dispositionem non modo non restringitur ad casum decifum, verum etiam extenditur ad omnes illos casus, qui veniunt & inferantur sub sua ratione finali & expressa, l. bus solis, ibi, satis eorum putavimus, C. de revo. donat. Communis secundum Paris. tit. ibi resolvimus, numer. 75.

Quod procedit, etiam si sequeretur legum correctio, est etiam communis, ut plures citando ibi resolvimus n. 76. & procedit etiam in exorbitantibus, ut ibi n. 77.

Deinde, quod cum multa habent eandem rationem, licet de uno fiat mentio, id fit exempli causa, & non restringitur ad expressa tantum, nec dicitur extentione constitutio etiam odiosa, quando extenditur ex ratione expressa, ut ibi numero septuagesimo nono, quia, ut probavimus numero octogesimo, quando expressa est ratio dispositionis, in ea comprehendit intelligitur omnes casus, qui ipsi rationi conveniunt, non quidem per ipsam extensionis, sed sicut genus comprehendit suas species. Sed & alia plurima similia apud nos dicto loco videri poterunt, quæ hæc partem confirmant, & in terminis nostræ principalis dubitationis hæc opinio nem probat & tenet Baec. dicit. cap. tertio, numero trigesimo secundo cum sequentibus ubi numer. sequentibus magis, cum duobus segg. respondet fundamentis contrariis: quam sequor ex prædictis fundamentis iuridicis magis, quam ex verbis d. l. fori.

Et ad ducta per nos in contrarium supra respondendum cenfeo: quod est in nostro casu deficient verba legis, non tamen deficit eius ratio, & ita non obest regula dicit. l. commodissime, & d. l. si vero, §. de viro, quia in materia nostra tutorum & curatorum minoris specialis invenitur decisio, quæ dicta in eis, & in curatoribus furiosis, prodigi, & amentis, atque aliorum similitum habere locum declarat, & expresse præcipit. Accedat tandem æquitas summa, quæ pro hac opinione concurrat, in qua etiam considerari potest favor ipsius furiosi, prodigi, & amentis, ut spe præmii plures curatores inveniant, qui exactius atque diligentius eorum curam suscipiant atque officium exerceant.

Vltimo quod pro corone huius capituli addendum duxi, quod si furiosus habeat dilucida intervalla, & sex mensibus, vel alio tempore sanus sit, aliis vero sex mensibus, vel alio temporis spatio mentis alienationem patiatur, & sit toto tempore curator, ut in l. ceteris aliis, C. de curat. furios. & ibi notat Baldus & Salycet. At tamen cum pro tempore, quo furor recedit, non possit readministrare, sed ipse met furiosus pro eo intervallo administravit, ut in dicit. leg. cum aliis, in versicul. sed per intervalla, quam legem ad hoc notat Baldus in l. furiosum, n. 2. C. quis restam. fac. poss. curator huiusmodi furiosi decimam solum habebit pro tempore furoris, non vero pro tempore dilucidi intervalli: cum iam illo tempore cesset labor administrationis, & solum dicatur curator nomine, non vero opere. Atque ita merito propter illum text. hanc opinionem in terminis tenet & probat Baec. d. c. 3. n. 45. cum segg. addens n. 46. quod dicit alias furor non sumatur, nisi probetur, ut notant Doct. in dicit. l. furiosum tamen si aliquis in furorem incidit, & furor per aliquos dies duraverit, dicens, illum recedisse ad sanam mentem debet hoc probare. Præsumitur n. furor sem per durare, nisi

nisi contrarium probetur, iuxta gl.in cap. fin. de success. ab intest. & communem opinionem, de qua ibi per eum; quod si mentis alienatio brevissimo tempore duravit, presumitur ex accidenti processisse, non vero mentis radicem perturbata, ut ibi per eum, n. 47.

SUMMARIA

- 1 Patri tutor filiorum an sit danda decima fructuum, cum n. segg pars affirmativa eligatur & probatur, n. 6. & limitatur uno casu, n. 7.
- 2 Pater tutor filiorum tenetur facere inventarium, & rationem reddere, eiusq; bona sunt tasite hypothecata ad hoc.
- 3 Pater cogitur suscipere tutelam filii, etiamsi alias tres tutelam habeat.
- 4 Pater ex legis dispositione est tutor filii emancipati, & in premium emancipationis retinet dimidium usufructus bonorum filii sui emancipati.
- 5 L. 35. tit. 12. par. 1. an tunc sit & declaratio.
- 6 Matri tutrix filiorum an detur decima fructuum bonorum suorum?
- 7 Filio curatori patris vel matris an danda sit decima.
- 8 Filius curator patris tenetur reddere rationem.
- 9 Fratres possunt exigere rationem a fratre, qui administravit bona patris, licet exactio non debeat esse scriptura, sed debet ei credi in his, que verisimilia sunt, etiam ratio non sit valde particularis, praesertim inter personas nobiles, nisi dicatur, non sunt verisimilia.
- 10 Frater tutor fratris, vel sororis, proculdubio decimam habeat.
- 11 Opera inter fratres an praesumatur gratuita, & si alterna caritate impensis, nec ne.
- 12 Opera fratris viventis cum alio fratre, in communi est pecunia pensanda.
- 13 Frater nunquam videtur expendere pro fratre animo donandi, sed potius animo repetendi, nisi contrarium probetur.
- 14 Frater administrans bona fratris, tenetur facere inventarium, ratio tamen, quia ab eo exigatur, non debet esse rigida.
- 15 Tutela data a fratre finitur, si alter frater effectum legitime atatis, velit tutelam fratris sui pupilli assumere.

CAPUT IV

De patre tutore, & de matre tutrice filiorum an decima fructuum potiantur, & de filio curatore patris?

Uobis modis patres bona filiorum suorum administrare solent frequentius, aut iure patrie potestatis tanquam eorum legitimi administratores, qua ratione acquirunt sibi ulum fructum, ut in toto titulo, C. de bon. qua lib. cum similib., de qua materia non est nosser sermo.

Aut tanquam eorum tutores & curatores, quo casu maxime dubitari contingit, an decima pro labore administrationis sit sibi danda, sicut datur ceteris tutoribus & curatoribus consanguineis, vel extraneis, ex leg. Regia fori, communi observantia admittitur in his regnis, ut in cap. praecedentibus diximus.

Tenetur namque pater tutor subire omnes labores tutoribus iniunctos, ut probat Arias Pinell, in l. 1. C. de bon. matern. in 2. par. n. 30. in vers. de sequitur.

Licet tanquam, quando pater est legitimus administrator, non tenetur facere inventarium, sed simplicem tantum descriptionem bonorum, si tamen sit tutor, inventarium facere tenetur, & rationem reddere, eiusque bona sunt tasite hypothecata ad hoc, ut supra late probavimus, in 2. parte, cap. primo, de inventar. & in inertia parte, cap. primo, num. vicesimo quarto, & pro-

bat Baec, de decim. tutor. capit. quarto, num. sexto & septimo, ubi num. octavo, quod etiam non solum custodire debet, & administrare, sed augere tenetur res filiorum ad similitudinem ceterorum tutorum, in leg. ult. ma, §. minoris, C. de sentent. pass. & si culposus reperitur, removeri potest ab administratione tutelae, quinimo & legitimam administrationem, quam habet iure patrie potestatis, amittit ex dolo, ut tenent plures, quos ibi ad hoc citat, & nos quoque diximus, ubi supra.

Deinde tanquam pater cogitur suscipere tutelam filii, etiam si alias tres tutelam habeat. Hanc namque exceptionem & immunitatem, quam vis alii tutores habeant, ut non cogantur quartam tutelam suscipere, pater tamen eam praerogativam non habet ad versus filium, ut in l. amicis simos, §. Lucius, ff. de excusationib. tut.

Pro his igitur laboribus, nimirum si patri, filiorum suorum tutori, detur decima fructuum bonorum ipsorum, sicut ceteris tutoribus, cum eis detur pro labore, iuxta dict. leg. fori, ne pater sit in hoc deterioris conditionis, quam extraneus, imo tanquam proximior, videtur a fortiori eodem iure frui debere.

Accedant praeterea pro hac opinione verba & mens dict. leg. fori, quae generaliter loquuntur. Sic videmus eadem ratione, quod apud Gallos lex definitis, tutori dandos fructus, extenditur ad patrem tutorem, ne deterioris sit conditionis, quam extraneus, ut tenet Boerius in consuetud. Biturice in tit. de consuetud. tur. stat. per sim. §. undecimo, columna secunda, vers. sed contra hunc, & Pyrrhus in consuetud. Aurelianens. tit. quibus modis ius patr. potest. solvit. & Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 2. num. 1.

His & aliis nihilo secius non obstantibus, contraria sententia, imo quod patri tutori non sit danda decima fructuum, de qua in nostra lege Regia, probabilior & gravior videtur Baec, de decim. tutor. cap. 4. nu. 10. cum sequentibus, qui eam quam pluribus rationibus probare nituntur, quae omnes potius persuadent, quam urgeant, concludunt tamen, patrem, ex quo sit pater, ad praedicta teneri peculiari quadam ratione, quam ceteri tutores, ac proinde non reputare expensas factas in personam filii, etiamsi administrator sit, nec in pium usum utilem filio factas, & quod si etiam pater tutor ad versus filium caret privilegio immunitatis, tutelaram ut sup. diximus Nimirum ergo si caveat quousque privilegio in capiendum lucrum damnosum filio, hoc est, decimam fructuum bonorum eius, quia, ut inquit, in d. l. amicis simos, §. Lucius, ff. de excus. tut. contra naturales stimulos facit, qui ad versus filium tentat uti excusatione. Ergo idem videtur dicendum, si lucrum pater ex refilii petat, cum teneatur, ut pater cum alere, defendere, atque in eum servare: tandem recurrit ad assensum, quod reiciunt nostri plurima, non quod adveniantur in scripto, sed quod absurda sint, nam absurdum, ff. de bon. lib. at hoc nihil potest esse absurdum: non tamen considerat hic auctor, quod cum decima haec detur pro labore, non dicitur tutor eam capiens lucrum facere, sed re compensationem laboris accipere, & sic damnum evitare, ut alias consideravimus supra in hac 3. parte, c. 2. in 2. fall.

Sed tanquam magis adstruere hanc secundam partem negativam videtur, est altera consideratio, quam ipse Baec, ibi facit, nempe quod ex legis dispositione pater est tutor filii im puberis emancipati, & sic damnum evitare, ut alias consideravimus supra in hac 3. parte, c. 2. in 2. fall. Sed tanquam magis adstruere hanc secundam partem negativam videtur, est altera consideratio, quam ipse Baec, ibi facit, nempe quod ex legis dispositione pater est tutor filii im puberis emancipati, & sic damnum evitare, ut alias consideravimus supra in hac 3. parte, c. 2. in 2. fall.

Aut alii quam plures modi, quibus in iure ius patrie potestatis solvitur, ut in toto titulo insit, eodem, quamvis in patre emancipante filium, & retinente sibi dimidium usufructus in premium emancipationis, admitteremus argumentum. In ceteris tamen casibus, in quibus aliter quam per emancipationem filius exit a potestate patris, si in eisdem sit pater eius tutor, deficit hoc argumentum.

Quinimo & ipse Baec, de decim. tutor. in praedicto suo argumento difficultatem l. 48. Tauri, & respondens illud verum esse, quando filius egraderetur patriam potestatem per matrimonium, & velationem, non autem, quando per emancipationem fateretur, quod si post pubertatem annos filius uxorem ducat, pater definit curator eius esse, quoniam iure Regio curatoris officium sit nuntur matrimonio, ut in l. 207. styli, hoc autem & iure communi & Regio fallum est, ut late supra probavimus, & ostendimus alio in loco.

Adducit praeterea Baec, pro sua principali opinione l. 35. tit. 12. part. 1. in his verbis:

Pieda y muevo a las vegas de alome a vecibir algun buerfano en su casa, se dar le por ende las cosas que le son menester en recaudar los sus bienes, y a ceas de sus que este quierre cobrar lo que assi despendio: e dezimos que lo non puede fazer. Quod si hoc in extraneo definitur, quod sententium de patre, quo nemo magis diligit filium, l. 1. in prin. C. de curat. fori.

Hoc autem argumentum non convincit suam opinionem, Lex namque illa Regia loquitur (ut pater) in recipiente orphanum in domum suam, illique subveiente motu solum pietatis naturalis, ut pater ex ratione expressa in libi Capua el mozo a criar el mozo por razon de pieda, e de misericordia, entiendo se que lo fiz o por aver galardon de Dios, e por ende non es tenudo el mozo de darle ninguna cosa por el beneficio que le fiz. Et ibi Greg. Lopez, in gloss. 2. inquit, quod in dubio non praesumitur, quod sit factum causa pietatis, & quamvis in matre, avia & consimilibus personis, in dubio hoc praesumitur, si bona filiorum, vel nepotum suorum non administrant, ut in l. 36. tit. 12. part. 1. secus si eorum bona penes se habent, nisi quando ex eis alio non possunt, ut in d. l. 36. & in patre idem animus pietatis praesumatur. Nihilominus d. l. 35. non potest procedere saltem stante d. l. fori, & communi praxi huius regni de decima praestanda tutoribus & curatoribus in illis, qui ut tales tutores vel curatores decreti a iudice, in minore, eiusque bona expendant binamque ut tutores expendere videntur, & sicut legitimi administratores. Reputant igitur eas expensas, non vero animo pietatis fecisse videntur.

Sed & sunt huius sententiae negativae aliqua fundamenta, considerata ab eodem Baec, quae tamen magis pietate & aequitate, quam iuris rigore plena esse videntur. Quid tenendum?

Ego vero tanquam salva pace tanti viri priorem opinionem affirmativam in favorem patris verioram & tenendam esse censeo, tum ex fundamentis supra pro ea adductis, tum etiam, quod lex nostra Regia fori, patrem tutorem filii emancipati comprehendere expresse videtur, dum asserit: Si algunos buerfanos que sean sin edad sin caren sin padre, o sin madre, los parientes mas propinquos que ayan edad, y sean para ellos, reciban a ellos, y a todos sus bienes, &c. Sed quis quae pro in prior patre? Absurdum namque esset, patrem in hoc ceteris tutoribus esse deterioris conditionis. Ex quo enim est pater, non debet non lucrari decimam, cum alias videamus, quod ratione patrie potestatis habeat usufructum omnium bonorum filiorum: non igitur invenit, quod ratione tutelae filii emancipati, & laboris, habeat decimam. Neque obstant fundamenta Baec, in contrarium adducta, quia ipsa ni-

hil urgent & iam sunt supra sublati: non etiam, quod pater contentus esse debeat dimidio usufructus, quo fruatur in premium emancipationis, quando per emancipationem solvitur patria potestas, quia respondemus, hoc dimidium usufructus patri a iure concedi in premium emancipationis, ut ipsi iura proclamant. Ad decimam alterius dimidii usufructus ad filium emancipatum spectantis, auferet pater tutor eiusdem filii emancipati ratione laboris in administratione tutelae impensis per nostram l. fori, quod est diversum: Diversis igitur titulis, causis & rationibus pater haec habebit, quod non est prohibeum.

Limitanda tamen est haec nostra sententia affirmativa, quando fructus & redditus filii vel filiorum essent necessarii vel non sufficientes ad alimenta ipsorum, ut infra dicemus in matre tutrice filiorum, tunc namque parens decimam non habebit nec sibi danda est.

Sed tanquam mater tutrix filiorum possit reputare decimam fructuum & reddituum ipsorum, sicut alii tutores, non minor vel saltem prope eadem dubitatio est quae de patre. Sed partem affirmativam quam pluribus fundamentis instruit Baec, de decim. tut. cap. 4. num. 38. cum sequentibus, & tandem, num. 39. cum segg. distinguit in hanc modum.

Primo, ut liquet mater tutrix actorem habeat, cui solvat salarium, ut rem filii curaret & debita exigeret, & tunc aequissimum videtur matri decimam hoc casu dari, praesertim si dives non sit, praecipueque si protestata sit a te vel expresse, se vellet auferre decimam: & hoc primum membrum suae distinctionis probat ibi aliquibus fundamentis.

Secundo, quod si mater nihil expendebat in administratione: sed mortuo filio petit decimam, non a filio sed a substituto filii defuncti vel heredes matris defunctae peterent decimam a filio, his casibus decima debeatur & sit praestanda.

Tertio, quod si mater ipsa nullis factis intrinsecis expensis (hoc est) quae fiunt in ipso actu gerendi, qui est casus magis dubius, tunc si filius erit pauper, ita quod fructus essent necessarii, ad eius alimentam, matri non sit danda decima, cum ipsa teneatur de suo alere filium egenum, l. si quis a liberis, §. penultimo, ff. de lib. aff. nec repetet hoc casu expensas, iuxta gloss. in l. Nescimus, & ibi Alber. & Bart. ff. de negot. gest. & sequuntur alii plures, quos praedicto loco congerit Baec, nam. 62. & in tractatu de non melior. rat. der. fil. cap. 11. quamvis super hoc relinquat cogitandum Petrus Surdus de aliment. tit. 6. quae §. num. 51. fol. 203. ad finem, quia potest vendi proprietate ad alimenta.

Sitamen mater petat decimam a filio divite, nullis factis intrinsecis expensis, arguit pro & contra Baec d. capit. 4. num. 64. cum sequentibus, & tandem nu. 67. inquit & resolvit tutiore opinionem videri, quod matri sit danda decima, si filius sit dives: Quid tenendum?

Ego vero salvo iudicio rectius sententium in distincte teneo, in quaestione praemissa dandam esse decimam matri tutrici filiorum, iuxta tantum casu excepto, scilicet, quando fructus & redditus filii vel filiorum essent necessarii, vel non sufficientes ad eorum alimenta sequentibus fundamentis.

Primo, quia praecipua fundamenta supra adducta contra patrem deficient in matre, ut recte consideravit Baec, ubi supra n. 38. cum segg.

Secundo, quia si mater constituat actorem, seu negotiorum tutelae gestorem aut factorem cum salario, vel abque salario, siue faciat intrinsecas expensas siue non, utroque casu militat ratio d. l. fori, dantis decimam tutoribus pro labore, & non indistincte & generaliter loquatur: ergo indistincte & generaliter est intelligenda, iuxta infra vulgaria, iam supra allegata.

Tertio,

Tertio, quia si datio salarii, vel pretii actoris negotiorum gestoribus, veniret in considerationem, id tantum operaretur, ut solum salarium ipsum, vel pretium operæ moderatum reputandum esset, non vero decima fructuum: sed cum mater capax sit huius decimæ, non est, quod aliter iudicemus, quam quod lex ipsa fori indistincte providit, nempe, ut tutores pro labore administrationis auferant decimam fructuum orphanorum, nec distinguat lex præfata, si actorem constituerint, vel non.

At casus à nobis, & prius à Baec, exceptus, nempe, quando fructus redditus pupilli sunt necessarii, vel non sufficientes ad eius alimenta, à iure ipso excipitur, ideo admittendus.

Nunc autem videamus, si an filio curatori patris vel matris danda sit decima fructuum, & reddituum bonorum ipsius, nec ne? patri namque vel matri furiosis datur curator, & furiosus matri, ff. de cur. furios. & generaliter patri, qui rebus suis adesse non potest, datur curator filius potius, quam extraneus, ut in l. his, qui, in princip. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.

Hanc questionem pluribus pro & contra adductis resolvit Baec. d. c. 4. de decim. tut. n. 31. cum sequentibus, in favorem filii curatori patris, siue res paterna in industria filii curatoris accepit incrementum, sine non sed tantum rem paternam curaret, & patrem, faveret, fructusque colligeret, debeatque exigere, licet nullæ lites fuerint, à quibus patrem, eiusque bona defenderet, ut constat ex Baec. ibi num. 34. & 35. & 36. cuius opinionem probò ex generalitate d. l. furios. tum etiam, quia hic filius curator patris ad omnes labores & onera tenetur, quibus ceteri curatores. Ergo merito, ut pro his ei sit danda decima.

Præcipue cum filius curator patris teneatur reddere rationem, iuxta gl. in d. l. his, qui, verb. dandum, quam ibi sequuntur Dd. & Firmian. de Episcopo, n. 64. & eam esse receptam testatur Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. 2. part. n. 39. & cum eo Baec. d. c. 4. n. 32. addens, id esse generale in filio, cui pater negotia commisit.

Nam ab eo si poterunt fratres rationem exigere, licet exactio non debeat esse scrupulosa, sed ei debet credi in his, quæ verisimilia sunt, etiam si ratio non sit valde particularis, & præsertim hoc servandum inter personas nobiles, nisi dicat, quæ non sunt verisimilia, ut tradit Abb. consil. 2. vers. 3. lib. 1. & alios referens Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 6. gl. 6. nu. 18. apud quem, quomodo hoc sit intelligendum.

Frater si autem tutor fratris, vel sororis, proculdubio decimam habebit, atque iure optimo reputabit, ut probatur ex d. l. 2. fori. tit. De la guarda de los huérfanos, libr. 3. fori. ibi: Los parentes mas propinquos, & c. id quod lege foro juzgo, expressum est in l. incip. Si el padre, ibi: El hermano deve aver los otros sus hermanos, et las sus cosas en guarda, e mandamos que tome el diezmo de los frutos en que viva.

Idque ea ratione comprobatur, quia etsi Bald. in c. 1. circa med. de beneficio frat. dixerit, quod opera inter fratres præsumitur gratuita, & fraternæ caritatis impensa, l. ex duobus ff. de negot. gest. id quidem verum non est, sed potius contrarium, ut late probat Alexand. consil. 132. columna 2. vers. 3. & idem, num. 1. lib. 2. & consil. 99. habitus super narratis, columna 2. num. 5. vers. tamen, lib. 2. ubi dicit, opinionem ad versus Bald. in d. c. 1. de beneficio frat. esse magis communem, sicut in l. illud, column. penult. prope fin. & in l. ut nemini, column. penult. & final. C. de collat. & hos referens Baec. de decim. tut. c. 5. num. 7. qui nu. 14. inquit, quod doctrina Baldi, ubi sup. communiter reprobat.

Quinimo si opera fratris viventis cum alio satre, in communi est pecunia pensanda, ut tradit Angelus in l. ex duobus, C. de negot. gest. Baldus in l. 1. equa. ff. de g. C. pro socio,

refere & sequitur plures allegans Baec. dicit, cap. 5. num. 8. Deinde considero si pro hac parte, quod frater nunquam videtur expendere pro fratre animo donandi, sed potius animo repetendi, nisi contrarium probetur, gl. in l. si paterno, & ibi Paul. de cast. C. de negot. gest. allegat alios Baec. ubi supra, num. 9. qui num. 11. inquit, hoc præcipue verum esse, quando frater est tutor vel curator fratris vel sororis: tunc enim non animo donandi, sed administratorio nomine videtur expendisse, ut tenet Baldus in leg. final. num. 12. C. de dot. promiss. & alios, quos ibi citat.

Facit etiam, quia, ut late diximus supra, quilibet administrator tenetur reddere rationem administrationis, & in terminis fratris, quod teneatur facere inventarium tenet Decius consil. 178. columna 2. quem ad hoc citat & sequitur Baec. dicit, cap. 5. num. 12. ubi, si quod ratio, 16. quæ exigitur à fratre, non debet esse rigida, secundum Abb. in dicto consilio 172. libr. 1. de decim. supra. Ergo pro labore in administratione impenso, danda est ei decima, præcipue ne sit in hoc deterioris conditionis, quam extraneus.

Hocque præcipue procedit, cum habeamus, fratrem adeo esse tutorem legitimum fratrum suorum, ut si duo fratres habeant tutorem dativum, & alter fuit legitimæ tutelle, tutela dativa finitur, si ipse velit assumere tutelam fratris, ut probat text. in l. si tutor reipublice 9. vers. si duobus, ff. de tutel. & rat. distrah. quem ibi dicit singularem Nicol. de Neapol. Bald. & Bolog. in prima interpretationibus, & probatur in l. 4. iuncta glo. C. de testam. tut. & ibi notant Faber, Bald. & Salyc. glo. in l. fin. C. eodem titul. sequitur allegans Specul. & Petr. Jacob. Baec. dicit, c. 5. num. 15. Ergo cum hoc sit privilegium fratris circa tutelam fratris, merito, imò à fortiori, quod ei debeat & danda sit decima fructuum pro administratione, & labore in ea impeso. Exin terminis voluit Didac. de Segur. in l. coheredi, §. cum filia, fall. 9. fol. 19. ff. de vulg. & pupil. & ex professo eam opinionem esse supradictis & aliis probavit & tenuit Baec. d. c. 5. de decim. tut. n. 5. cum seqq. estque verissima & tenenda sententia, & in patris, quod auferat decimam nominatim, tenet Segur. ubi supra, in d. 9. fallen.

SUMMARIA.

- 1 Decima fructuum & reddituum minoris, an danda sit tutori vel curatori, cui simpliciter legatum reliquum est in testamento, & n. seqq. deciditur, n. 9. cum seqq. quod sit compensatio, & n. 24. cum seqq. respondetur fundamentis contrariis.
- 2 Legatum vel fideicommissum in dubio non intelligitur esse reliquum animo compensandi, nisi si specialiter fuerit expressum: quod procedit, quando debitum est voluntarium, ut in n. 3. nisi ex coniecturis aliud colligatur, ut in n. 4.
- 3 Legatum vel fideicommissum intelligitur esse reliquum animo compensandi cum debito necessario, nisi quando non testator, sed eius heres erat debitor legatarius, ut in n. 6.
- 4 Primogenitus, qui tenetur dare fratri vitam & militiam, non liberatur eo, quod testator relinquat secundo genito castum, ex quo possit se alere.
- 5 Legatum non compensatur cum lucro debito ratione oneris statuato, ut maritus uxore mortua lucratur quartam partem dotis, sed contrarium est verius & tenendum, ut in n. 25.
- 6 Debitum illud dicitur necessarium, quod habet initium & causam necessarium, veluti cum quis sine fide suo lege obligatur.
- 7 Debitum voluntarium appellatur, quod habet initium voluntarium, quia descendit ex contractu, vel quasi, quamvis

quamvis postea sit necessarium, quod est intelligendum habito respectu ad originem debiti, non ad id, quod in alterius consequentiam provenit, ut in dote, n. 12.

- 13 Debitum tutela non dicitur ex causa necessaria, sed voluntarium, nisi tutor in vestitu compulsus fuerit acceptare officium.
- 15 Legatum reliquum tutori testamentario, semper (nisi aliud constet) videtur reliquum in premium laboris.
- 16 Interpretatio in dubio capienda est favorabilior descendenti tutori.
- 17 Testator censetur minus gravare heredem, quam sit possibile, adeo, ut potius toleretur, quod legatum sit nullum, quam quod gravetur heres, ut in num. 18. & procedit etiam in legator relicto uxori alius honorata, ut in n. 19.
- 20 Fideicommissum reliquum filia dotis nomine compensatur cum dote, & quod amplius est in summa, legatum debetur.
- 21 Principium est attendendum, quando filius habet necessarium consequentiam ad principium.
- 22 Legatum reliquum à patre filio computatur in legitimam eadem debita.
- 23 Legatum computatur in quartam falcidiam, etiam si relinquatur filio heredi contemplatione ipsius.
- 26 L. 7. tit. 13. part. 8. loquens in uxore inope mortua marito, locum tenet in marito inope mortua uxore.
- 27 Legatum reliquum filiofamil. tutoris, contemplatione patris compensatur cum decima fructuum patri debita.
- 28 Legati alii restituendi post certum tempus relicti tutori, inter usum medietatis compensatur cum decima, & in n. 29.
- 30 Legatum reliquum tutori, cuius datio confirmari debet à iudice, compensatur cum decima.
- 31 Legatum factum à patre filio, quem designavit tutorem fratris pupilli, non compensatur cum decima, nisi filius recuset esse tutor, quia tunc amittit legatum, ut in num. 33.
- 32 Legatum reliquum executori, videtur reliquum ratione laboris, nisi filius vel filius sint executoris.
- 34 Compensatio legati cum decima fructuum minoris, tutori debita non fit, quando utrumque non consistit in quantitate, nec etiam generaliter, quando alias compensatio fieret ex præsumta mente & voluntate dispositus.
- 35 Compensabilia an sint debita in diversis monetis?
- 36 Legatum species relicti tutori, non compensatur cum decima fructuum sibi à lege debita.
- 37 Compensatio, qua provenit ex præsumta voluntate, vel mente dispositus, an fiat, siue debitum sit in specie, siue in quantitate, & n. seqq.
- 39 Legatum non compensatur cum debito necessario, quando apparent demonstrationes, vel signa animi non compensandi.
- 40 Prima demonstratio est, quando ob unam causam est debitum, legatum vero ob aliam diversam.
- 41 Secunda demonstratio animi non compensandi est, quando legans expressit, quod de bonis suis legat.
- 42 Tertia demonstratio est, quando testator voluit, ut legatum perpetuo non permaneret penes legatarium, ut hic, & n. 47.
- 43 Quarta demonstratio est, quando talis debitor necessarius simpliciter instituit heredem suum creditorem pro parte.
- 44 Quinta demonstratio est, quando jam prius debitum necessarium fuerit declaratum in re aliqua certa, & c.
- 45 Legatum reliquum tutori, quod est exigendum eo tempore, quo etiam decima compensatur cum ea.
- 46 Legatum vel fideicommissum reliquum tutori ob aliam causam, veluti pro conservanda familia, non compensatur cum decima.

48 Legatum reliquum ei, qui postea à iudice datus fuit tutor non compensatur cum decima.

49 Legatum simpliciter reliquum tutori, est tantum compensandum cum decima pro concurrenti quantitate, non vero ultra, nisi testator iusserit, legato contentum esse debere, & quod amplius petere non posset pro decima, ut in n. 31.

50 Compensatio tantum fieri debet pro concurrenti quantitate.

52 Legatum acceptans censetur omni annexum agnoscere.

53 Uxor, cui legatum fuit usufructus cum onere, ne dotes peteret, acceptando legatum videtur dotibus renuntiare.

54 Compensatio fit, quando testator dixit, se legare matris usufructum pro omni & toto eo, quod ipsa petere vel exigere possit in hereditate sua: idem est, si pater relinquat filia centum pro omni iure, quod filia possit pretendere super sua hereditate, quia in hac specie non poterit dotes maternæ petere, ut in nu. 35. & quomodo hoc intelligendum sit, n. 80.

56 Compensandi animus intelligitur, si testator dixerit simpliciter, quod legatarius debeat esse contentus legato, & plus petere non possit.

57 Testator instituyendo uxorem suam heredem, dixerit cum hoc onere, ut debeat suam dotem conferre cum hereditate, videtur eam instituisse heredem animo compensandi cum debito dote, adeo, ut hic, & si de dote non fecerit mentionem per alia quacumque, verò generalia, non censetur facta compensatio cum dote, ut in num. 38.

59 Testator non potest facere, siue nominet tutorem, siue non, quod ipse non auferat decimam fructuum, neque in ea tutorem gravare.

61 Filia instituta in re certa & iusta, plus non petere de bonis patris poterit, præter legatum consequi dotes maternæ, etiam si legat vires transendat legitimam.

62 Compensandi animus non censetur habuisse testator, si simpliciter dixerit, quod legatarius plus petere non possit, dummodo recte constet ex præcedentibus & subsequentibus sensisse de bonis suis.

63 Compensatio ubi regulariter non cadit, non fieri debet distinctio, quomodo fiat prohibitio de non petendo.

64 Prohibere, ne quid de hereditate petatur vel de bonis, an idem sit, ad inducendum animum compensandi, vel non, & n. 65.

66 Compensandi animus an censetur factum legatum per gravatum fideicommissario, num. 67. cum seqq.

68 Debitum fideicommissi quoad gravatum dicitur necessarium.

69 Testator non videtur excludere matrem, prohibendo, aliud petere in bonis & hereditate sua, quando dotes legitime consistunt in bonis stabilibus & immobilibus.

70 Filii communiter vivens cum matre, licet vadat sape ad fundum matris, & fructus ad communem habitationem exportet, non tamen ex hoc dicitur possidere.

71 Compensandi animus cessat, quotiescumque legatarius, qui sui prohibitus amplius petere de bonis testatoris, habebat aliquod in bonis illius, ad quod verba illa possent referri, sicut alias, ut in n. 72.

73 Filius non excluditur à petitione supplementi legitime quibuscumque, verbis prohibetur amplius legato petere, etiam eo agnito.

74 Dos relicta vel data per heredem testatoris eius filia, an compensatur cum dote relicta eidem pro patrem?

75 Legatum mariti factum uxori non est compensandum cum arrhis, quas ei debet.

76 Tutor testamentarius repudians legatum in testamento sibi relicto, an teneatur compensare illud cum decima.

77 Heres repudians, quod sibi relinquatur à testatore gratia conditionis implenda, an detrahat Tribellianicam?

78 Filia, cui relinquatur à patre legatum pro dote, non po-